



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologiæ Moralis

Busenbaum, Hermann

Monasterii Westphaliæ

Artic. III. An & cui restituendum, quod simoniacè acceptum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40957

prae-
ale pro-
cū spe-
m do-
do nō
debi-
ditur
z. hu-
cavō
mpo-
tualis
utatio-
pro-
catio-
, sed
tione
.L.

lis, in-
is in-
b in-
, ve-
con-
d.12

isce-
cur-
Leff.

esp.

Resp. III. Ob simoniam Realem in beneficio Ecclesiastico, incurritur 1. Excommunicatio Papalis. 2. Irrita est electio, praesentatio, confirmatio. & institutio. Unde talis non facit fructus suos: id que etiam licet à tertia persona taliter provisus id ignoraverit: nisi tamen contradixerit, vel nisi à tertio data fuerit pecunia per fraudem, ut reddeatur inhabilis; vel nisi bona fide possederit beneficium per triennium, *Less. l. 2 c. 35. d. 31. Laym. l. 4. t. 10. c. ult. Bon. d. 1. q. 7. pag. 2. num. 20. ex Gomez Garzia, &c. 3.* Efficitur inhabilis ad idem beneficium, etiam per dispensationem Episcopi obtinendum: aliis tamen beneficiis jure ipso non pri- vatur, nec ad talia obtainenda fit inhabilis ante sen- tentiam judicis, *Suar. c. 57. n. 47.*

Resp. IV. Simonia Confidentialiae completa da-
to & accepto beneficio, licet accipiens promissio-
nem vicissim non impleverit, inducit 1. excom-
municationem, Papalem utriq; parti contrahenti.
2. Annulat resignationem & collationem benefi-
cii, in quo est commissa; & inhabilitat ad idem
postea obtainendum. 3. Privat omnibus beneficiis
& pensionibus antè obtentis; non tamen ante
sententiam latam. 4. Beneficia sic collata soli
Pontifici reservantur, *Less. c. 35. d. 26. Suar. c. 43-
Lay. n. 76.*

ARTICULUS III.

*An, & cuire restituendum, quod simoniace
acceptum?*

Resp. Nihil spirituale simoniace acceptum,
prater beneficium, (sub quo continetur pensio, se-

F 5

cub-

cundum Bon. negante Lessio) est restituendum Ratio , quia cætera vel restitui non possunt , ut Sacra menta ; vel non sunt restituenda ante sententiam , cum Canones aliud non statuerint , et Less. in 68. Suar. Fill. &c. contra Azor. & Laym. Bon. dif. 1. q. 7. p. 3. diff. 2. Duxi , præter beneficium quia hoc retineri non potest , etiam ante Judicis sententiam ; ut patet , tum ex Cap. Si quis neque quæst. i. tum ex 2. extrav. Cum detestabile , de Simonia , v. Bon. l. c. Ubi addit , etiam fructus perceptos esse restituendos ; tum quia nullo justo titulo possunt retineri , cum adeptio beneficij simoniaea , sit ipso facto irrita : tum quia sic expresse habetur in extr. Cum destabili , de simonia , v. II. Thom. 2. 2. q. 100. a. 6. Navar. l. 5. Conf. 62. Less. l. 2. 35. dub. 31.

Resp. II. Pretium acceptum pro beneficio , collatione Ordinum , Sacramentorum , & Sacramentalium , si notabiliter excedat id , quod pro sustentatione exigi poterat ; item pro admissione ad Religionem , jure positivo restituendum est . Hoc tamen posterius non nisi post latam sententiam , si admissus in monasterium , maneat : quia plerumque ratione alimentorum retinendi potest , modo in communem usum convertatur . v. Bon. l. c. Less. l. 1. cap. 35. d. 30.

Resp. III. Acceptum pro beneficio aliave re spirituali , non secuta collatione , jure naturæ restituendum est ei , à quo est acceptum : quia deest titulus retinendi , cum non præstetur id , pro quo est datum . Si vero res tradita sit , simonia utrimque

que completa, probabilius est restituendum esse Ecclesiæ, & non dantis, quia Ecclesia utrumque punire intendit. v. Less Lay. hic l.c. §. 9.

TRACTATUS II.

De secundo præcepto Decalogi.

Prohibet hoc præceptum omnem inordinatam usurpationem nominis Dei, qualis potissimum sit blasphemando, temerè jurando, vovendo & non seryando: de quibus hic agendum.

CAPUT I.

Quid, & quotplex Blasphemia?

Resp. Blasphemia directè opposita laudi Dei, est verbum maledictionis, vel cœnviciei, seu contumeliae in Deum, sive id fiat attribuendo falsa, sive negando vera, sive tribuendo creaturis; quæ ipsi debentur, sive etiam dicendo vera, sed quæ ad ejus dehonorationem, seu vilipensionem tendant: ut sit per modum ei indignantis, contemnentis, &c. Ita communiter Doctores. S. Thom. 2.2. q. 13. Bon. diff. 3. q. 8. Sanch. 2. moral. c. 32. Laym. l. 4. t. 10. c. 6. &c. Unde resolves.

I. Blasphemat, qui contra Deum infrendens eis, maledicit: item, qui ait se aliquid acturum eo invito: item, qui eum negat, qui serio jurat per Deos falsos, qui eum vocat Tyrannum, injustum; nolle aut non posse nos juvare, non curare nostra, Dæmonem esse fideliorem, plus posse, non omnia